

tenendi veritatem, & iustitiam, sponte susti nit mortem. Mors ergo non fuit principaliter intenta, tanquã propter se eligibile bonũ; sed p̄seuerantia veritatis, & iustitiã. Sic ergo p̄ iustitia patris veritatis, propter patris honorem, quem quesivit, passionem, quam subiit, patri obtulit pro satisfactione peccatorum, non suorum, quia peccatũ non fecit, sed omnium in se creditũ, & creatorum. Hinc Ioan. 17. Rogauit patrẽ non tantum pro suis discipulis, sed omnibus in eum credituris.

Mors Christi fuit vigorosissimũ sacrificiũ.

Vigorosissimũ fuit hoc sacrificium vincens omnia peccata, etiã fieri possibilia, etiã crudelitatem crucifixorũ. Magis sibi in hoc filii sacrificio pater complicit acuit, quã hominum quoruẽcũq; displicuit iniquitas. Nec mirum, quia à p̄sona infinita Christo. s. Deo, & homine fuit oblata, ex summa charitate homini communicata elicita. Sed nullus est hõ infinitus in malitia, sed neq; aliquis habet in se malitiã summam, quin adhuc possit fieri peior. Quare merito sicut sacrificium Christi in bonitate præponderat, quam peccatum cuiuscũque malitia, acceptior est Deo patri, & placetior, quam malitia displicens esse potest.

Et hoc est, quod euangelium præten dit summarie. Vult enim ostẽdere quõ per veritatis prædicationem, cui Iudei repugnabant, mortale odium incurrebant, p̄pter quod & iudei eum finaliter occiderunt. Et qui veritas doctrinæ præsupponit (altem de congruo) veritatẽ viã, ideo dominus se hanc habuisse offendit, cum ait. *Quis ex vobis arguet me de peccato? Innocentiam etiã suam inimicis obtulit iudicandam, verbum hoc soli Christis esse potuit. Quoniam etsi omnes sancti conuenirent, vt ait Aug. quid aliud dicere possent, quam illud 1. Ioa. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus &c. Solus ergo ille fuit sine peccato, qui omnes iustificat à peccato. Deinde ad doctrinã veritatem procedens ait. Si veritatem dico quare non cre. mihi. Qui ex Deo est verba Dei au. propterea vos non au. q̄*

ex Deo non estis, & diabolũ, & cum omnia sint à Deo effectiũ. Ioa. 1. Quod factũ est &c. dicuntur tamen mali non esse à Deo, quia malitia vnde tales dicuntur, à Deo non est, qui ergo non est à Deo consequens est vt sit à diabolo. In quibus ita causam inuidiã iudeorum manifestat, vt nedum præsentem sed & futuros inimicos vsq; ad finem mundi designet. Ecce regulam posuit, per quam etiã nos ipsos iudicare poterimus, & cogitare si ex Deo sumus per gratiam, ex quo sunt omnia per naturam. Vnde Greg. in homil. Si verba Dei audit, qui ex Deo est, & audire verba Dei non potest, quisquis ex illo non est. Interroget se vnusquisq; si verba Dei in aure cordis percepit, & intelligit vnde sit. Cælestem patriam desyderat veritas iubet, carnis desyderia conteri, mundi gloriã declinare, aliena non appetere propria largiri. Penset ergo apud se vnusquisq; nostram si hæc vox Dei in cordis aure cõualuit, & q̄ iã ex Deo sit cognoscat. Nam sunt nonnulli, qui præcepta Dei nec aure cordis percipere dignantur. Et sunt nonnulli, qui hæc quod corporis aure percipiunt, sed nullo eã mentis desyderio cõplẽtuntur. Et sunt nonnulli, qui libenter verba Dei suscipiunt, ita vt etiã fletibus deumpnantur, sed post lachrymarũ tẽpus ad iniquitatem redeunt. Hi profecto verba Dei non audiunt: quia hæc exercere in opere contemnant. Hæc Greg.

Iudei itaq; verba Christi audire nec aure corporis, nec cordis poterant, quia non ex Deo, sed ex patre diabolo (cuius opera perficere desyderabant) fuerunt, vt dicitur Ioan. 8. Ille quippe homicida est, qui ab initio hominis creati quem occidit, veteris inquam Adã, qui principium erat humanæ creationis secundum naturam. Et isti nouum Adam Christũ dominũ principium nostræ reparationis per gratiam, propter veritatem prædicatã per eũ eis posã, interficere lingua, & manu conati sunt. Lingua conuictis, vnde dixerunt: Nõg bene dici. nos quia sãma. es tu, & demõ habes.